



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium  
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias  
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,  
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

cap. 2. De Vtilitate ejusdem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

I. Ioann. 1.

Associata semper Deo, cum Patre, Filio & Spiritu  
 Sancto tua sit conversatio: Sit societas nostra cum Patri  
 & Filio ejus Iesu Christo. Recordare, documentum illud  
 D. Augustini: anima nequit esse sola & sine ullius co-  
 mitatu, si non admittit præsentiam Dei. Dæmoni  
 admittet præsentiam & consorum: Quoniam dat locus  
*Divina inspirationi*, dabit locum diabolica suggestioni.  
*Unde optimè dixit Diocles intruendo Palladium:*  
*Cum discedit anima à Dei præsentia, statim vel Diabolus,*  
*vel bestia efficitur: subi oculis prolabitur in*  
*affectum aliquem inordinatum sensualitatis aut se-  
 perbiae.*

Aug. in  
Psal.

In vit. P.P.

## CAPUT II.

## De Utilitate.

**I**nter alios quamplurimos & penè inumeros fra-  
 ctus, quos in animâ progenerat præsentia Dei, tres  
 solum, utpote principiores, recensentur. Primus  
 est mortificatio affectum. Secundus acquisitio vir-  
 tutum in summo gradu & perfectione. Tertius est pax  
 & quietus animi imperturbabilis.

Quod ad primum, quemadmodum, ut effrenis do-  
 metur equus, necesse est, inquit D. Augustinus, inqui-  
 ratur homo, qui eum domet; non enim à seipso, sed  
 alterius virtute & industria equus domari potest:  
 pars ratione, ut inordinatus quidam refrenetur & regu-  
 letur animus, unicum superest remedium recursus ad  
 Deum: siquidem à seipso homo dirigi nequit: Ut  
 dometur equus, queritur homo? ergo, ut dometur homo,  
 queratur Deus: scit equus non se domat, ita nec se do-  
 mat homo. Quicquid concludit idem S. Doctor: In Deo  
 spem nostram ponamus. Totam spem nostræ per-  
 fectionis in Deo fundare & collocare debemus, ut Divinâ  
 suâ præsentia juxta beneplacitum suum nos illuminet,  
 inflameret & moveat: idque constanter & perseve-  
 ranter, adeò, ut, donec domemur & perdomemur, id est,  
 perficiamur, dominorem feramus.

SECUR-

S. Aug.  
tom. 10.  
serm. 4.

Secundus effectus presentiae Dei est totalis perfectio & sanctitas. *Finis*, namque, totius perfectionis est, *Collat. 10.* veluti docet Celsianus, *ut omnis nostra conversatio, cap. 6.* omni cordis voluntatio, una & jugis efficiatur oratio, que est imago future Beatisudinis, velut arha caelestis conversationis. Quod sit continua unione & præsenzia Dei.

Rationem hujus reddit Albertus Magnus: quia præsentia Dei statum efficit Deiformem, vita eterna praedicta adhuc ambulum, transfert in Nunc aeternitatu per intraversionem & sursumductionem: & facit, ut anima certe quodam modo incipiat esse per gratiam, quod Deus est per naturam. Sicut forma, dum communicatur subiecto, constituit & reddit ipsum tale, qualis illa in se est (albedo facit album, lex lucidam &c.) ita Deitas, veluti Divina quedam forma, communicata animæ, ipsam Deificat: & præsentia Divina, quæ est sanctitas per essentiam, participia sanctificat, & quacunque ex parte perfectum reddit subiectum, ubique reperitur.

Tertius fructus præsentiae Dei est pax & quietus. Dat pacem in negotio, & occupationem in otio. Inquirit *S. Aug.* S. Chrysostomus: *Quomodo fieri potest, ut per medias Apud urbem in tumultibus habitantes soli simus?* Et respondet: *narr. Ep de Quandò pravas & corruptas non loquimur cogitationes; grad. in sed quiescimus.* q. d. tunc in summa pace quis vivere *Bibl. P.P.* poterit etiam in meditullo civitatis & in tumultibus, quandò in corde suo non habebit præsentiam creaturarum, sed Dei: quandò silentium imponet suis passionibus, & in oratione loquetur Deo. Cuiusratio est, quia mediante præsentia Dei omnes appetitus animirentur in unum, id est, in verum & finale bonum, *S. Tho. 22.* quod est solus Deus. *Quapropter optimè consolit 9. 19. art. 3.* D. Augustinus: verane & solidâ pace in hac vitâ gaudere desideras; ambula in præsentia Dei: ibi mens, & hic quietus. Habita in Deo cogitatione & affectu, & in hac vita habebis pacem & quietem..